



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

76 Vniversalia, & geminata verba, quid operentur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

illo casu non aderant verba ita prægnan-  
tia, & universalia, prout in isto privilegio,  
in quo sit expressa intentio de decimis præ-  
dialibus, prout etiam non obstant illa ver-  
ba, etiam Papalibus, quia stant ampliatively  
& sunt positiva ad tollendam illam dif-  
ficultatem, an appellatione decimarum ve-  
niant decimæ impositæ à Papa, de qua per  
gloss. in clem. diffrendosam, in verb. decimis,  
ubi Doctor. de jud. & visa est materia satis  
data. Refervarunt tamen Domini viden-  
dam, an dicta privilegia extendantur ad  
colonos, & an sufficenter sit derogatum c.  
nuper, de decimis, & an comprehendant  
bona querenda, & quia prætenditur pro  
parte capituli, quod dicta privilegia sunt re-  
vocata, quod ad istam exemptionem per  
Bullam fel. recor. Pij V. poterit super hoc  
particulariter videri.

Coram eodem, Carthaginæ decima-  
rum, Mercurij x. D'ecembris 1578. circa  
73 primam partem dubij, Domini † conclu-  
serunt privilegium exemptionis decima-  
rum concessum Ven. Collegio Societatis  
Iesu per fel. rec. Pij IV. comprehendere eti-  
am colonos, & arrendatarios bonorum  
exemptorum, quia cum privilegium non  
solum concernat personas dicti Collegij,  
sed etiam res, & bona quæcunque, non est  
dubium, quin extendatur etiam ad colo-  
nos, & arrendatarios, ut per gloss. in clem.  
i. in vers. excolendas, de decim., ubi Card. q.  
22. & Vital. nu. 31. Rot. decif. 4. de privil. in  
antiq. Abb. in c. ex parte, il. i. n. 4. de decim.  
Peret. in conf. 102. nu. 13;

Quod ad secundam partem, fuit etiam  
74. resolutum, † quod dictum privilegium ex-  
emptionis extenditur etiam ad bona, &  
prædia acquirenda post concessionem  
privilegij, & moti fuerint.

Primo ex verbis generalibus privilegij,  
ibi, & bona quæcunque. Nam in materia  
75 quantumcumque odiosa, & alteri præjudi-  
ciali, non excluditur lata interpretatio, &  
ex proprietate verborum proveniens, ut  
per Aret. in l. cum lege. post. prin. per illam  
text. ff. de testam. Calder. in conf. i. in prin.  
vers. sed posset responderi, de consangu. & affi.  
Goz. in l. 2. numer. 163. C. de pact. inter  
empt. & vend. Aym. in l. 1. numer. 69 ff. de  
leg. i. & fuit resolutum coram Aldobrani-  
dino in una Pharen. pensionis, de anno  
præterito, & licet stantibus verbis indefini-  
tis fortasse non comprehendentur bona  
futura, ex not. in cap. quia circa de privil.  
(hoc enim casu posset reddi dubitabilis  
opinio, de qua per Nat. in conf. 340. n. 31  
lib. 2.) cum tamen hic † habeamus verba  
universalia, & germinata, comprehendun-  
tur etiam bona futura, ex conf. Dec. 113. &  
alijs hic allegatis per informantes pro Col-  
legio.

Secundò, movebantur ex verbis d. privi-  
legij in specie loquentibus de bonis futuris,  
ibi omnia, & singula, domos probatio-  
num, & Collegia ubilibet consistentia,  
præsentia, & futura, eorumque nempe  
præsentium, & futurorum Collegiorum  
personas, fructus, redditus, aliaque res, &  
bona quæcunque, à quibusvis decimis, &c.  
eximimus, ex quibus appareat, quod Sum-  
mus Pontifex voluit etiam eximere bona  
futura Collegiorum in futurum erigendo-  
rum, nec non, ibi, etiam bonorum ecclesiasti-  
corum seculatium, & regularium quorū  
cunque, pro tempore uitorum, quæ respi-  
unt bona in futurum unienda, ex natura il-  
luis dictio, pro tempore, † quæ denotat  
tempus futurum, Bald. inc. cum inter. n. 7.  
de re jud. Rebuff. super cōcord. tit. de reg. ad  
P. 1. 1. 1. 1. 1.